



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Pœnæ malè, vel bis baptizantis. Cap. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

curatore, propter rationem numero præcedente dictam. Non à principali, quia cognatio est annexa actioni levandi personaliter at nunc Principalis personaliter non levatur, ergo, &c.

Pont. lib. 9. matr. c. 3. in. 10. alios citat. Coninck. d. 32. n. 40. Perez d. 29. de matr. sec. 7. in. 2. Pontius a verò cum aliis multis Theologis respondet affirmativè, docetque Cognationem contrahi à principali. Ratio est, inquit, quia Ecclesia concedit hanc susceptionem fieri per Procuratorem, quod certè non inaniter, seu inutiliter concedit. Ergo cum effectu cognationis spiritualis inducenda, & cum obligatione instruendi, modo supradicto, Baptizatum. Et sanè quis dicat Ecclesiam præcipere; ut adhibeatur Patrinus in Baptismo, idque tam rigorosè, ut

ejus omisso, sicuti supra vidimus, ex probabiliore sententia sit mortalis. & tamen eandem Ecclesiam concedere, ut passim non adhibeatur? Idem enim esset, Patrinum non adhiberi, atque adhiberi per Procuratorem, si nemo cognationem, & obligationem instruendi contraheret.

Profecto Pontium hic sequor, non Sanchez.

CAPUT V.

Pœnæ malè, vel bis Baptizantis, Remissivè.

DE his planè dicam in Libro de Irregularitate, Cap. 14. Favente Deo.

Finis Lib. II. De Baptismo.

LIBER TERTIUS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

CAPUT PRIMUM.

De Materia, & Forma Confirmationis.

SACRAMENTUM Confirmationis, quod est *Vinctio Chrysmatis consecrati, facta ab Episcopo sub prescriptis verbis, Confirmans Fideles ad Christianam Fidem custodiendam*, habet suam materiam, & formam, de quibus dicemus, quæ sunt sciri necessaria, mox cætera ad hoc Sacramentum pertinentia breviter profecturi.

§. I.

Materia remota.

1. Chrysmum confectum ex oleo simul, & Balsamo benedictum ab Episcopo Consecrato, est materia remota Confirmationis.

d. 3.

2. Dicitur Primò, ex Oleo, nempe Oliva-

rum. Quare sub pœna nullitatis Sacramenti apponitur Oleum ex nucibus, ex piseibus, ex semine lini, ex amygdalis, &c. quia hæc non sunt simpliciter olea. Quid de oleo ex Oleastris, hoc est ex olivis silvestribus? Puto hoc sufficienter, ac legitimè adhiberi, quia simpliciter, & in omnium usu oleum est.

3. Dicitur Secundò, ex Balsamo, sive Palestino, sive Syriaco, sive Indico, æquè enim sunt Balsama, & ita declarasse Paulum IV. Pium IV. Gregorium XIII. & Sixtum V. testantur Bellarminus, & Sanchez. Sufficere autem parum Balsami, quamvis in multo oleo, ita tamen, ut olei partes suscipiant odorem Balsami, notant Castropalaus, & Hurtadus.

Dicitur Tertio, simul, quia cum Balsamo, sicuti est, tum sententiam Castropalaus, aliorumque paucorum affirmantium, sufficere solum oleum, Balsamumque esse solum de necessitate præcepti, tum sententiam Castropalaus, dicentis, sufficere alterutrum, sive

c. Bellar. de hoc Sacram. c. 8.

d. Suar. de Sacram. d. 7.

sect. 1. ve.

Ad 3.

de Conf. d.

un. p. 2. n.

Ad 4.

de Conf. diff. 4. ver.

Quod autem.

Cast. 3.

p. 9. 72.

ar. 2.

h. Canus

apud Valen. 3. p. 1.

diff. 5. q. 1.

p. 2. ver.

Prima

sententiam h. Casti, dicentis, sufficere alterutrum, sive